



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epitome In Qvatvor Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi

Spina, Claudius de

Parisiis, 1551

14. de operibus secundæ, tertię, & quartæ dierum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38840

DE OPERIBVS SECVNDAE,
tertia, & quarta dierum.

DISTINCT. 14. CAP. Primum.

*Secunda die ex aquis factum est firmamentum,
id est celum aqueum siue chrySTALLINUM:
idque in medio aquarum.*

Gen. 1. **D**ixit quoque Deus, Fiat firmamentum in
me. aqua. & diuidat aquas ab aquis. scilicet
aquis quae erant sub firmamento, ab iis
quae erant super firmamentum. Beda enim dicit
quod iis verbis describitur caeli Syderei crea-
tio, cui suppositae sunt aquae in aere, & in ter-
ra, & suppositae aliae, de quibus Psalm. Qui
Ps. 103 tegit aquis superiora eius. *Quod si quaer-*
ras, quomodo aquae natura fluidae, & ad ima-
labiles. possunt super caelum consistere? De
eo scriptum esse memineris, Qui ligat aquas
in nubibus caeli. Qui enim ligat aquas in-
fra caelum ad tempus vaporibus nubium
retentas, potest etiam supra caeli sphaeram,
non vaporali tenuitate, sed glaciali solidita-
te aquas suspendere ne labantur. Sunt ta-
men qui dicunt caelum illud Sydereum esse
super aerem, idque purum ignem esse, qui di-
citur esse Caelum. De quo igne sydera & lumi-
naria facta esse coniectant. Quibus Aug. con-
sentire videtur. & aquas quae super illud cae-
lum sunt, dicit vaporaliter trahi, & leuif-
simis suspensi guttis. Si enim potest aqua (si-
cut videmus) ad tantas minutias peruenire,

*De produ-
ctione sim-
pliciū &
insensibiliū**Aqua su-
per firma-
mentum.**an cataclif-
mus ex a-**super
gen. li.
2. ca. 3.*

per calū cō vt feratur vaporaliter super aerem naturalī-
sistentibus ter leuiorem, cur non credamus etiam super
factus sit, illud leuius cælum minutioribus guttis &
quæri po- leuioribus emanare vaporibus? sed quoquo
test. modo ibi sint, ibi esse non dubitamus.

*Quæstio, cur cælum illud dicatur
firmamentum.*

Quæritur etiā stérne an moueatur cæ-
lum illud. Si mouetur (inquit) quomo-
do est firmamentum . Si stat , quomodo in
ea fixa sydera circumeunt? Sed firmamentū
potest dici non propter stationem, sed pro-
pter firmitatem vel terminum aquarum in-
transgressibilem. Si autem stat, nihil impe-
dit moueri & circumire sydera.

*C A P. Secundum. Tertia die congregatio
aquarum facta est.*

Dixit Deus, Congregentur aquæ in lo-
cum vnum, & appareat arida. Tertiæ
diei opus est congregatio aquarum
in locum vnum. Congregatæ sunt enim om-
nes aquæ cælo inferiores, in vnam matricē:
vt lux, quæ præterito biduo aquas clara lu-
ce lustrauerat, in puro aere clariore reful-
geat: & appareat terra, quæ cooperta late-
bat, & quæ aquis limosa erat, fieret arida &
germinibus apta. Congregatæ sunt autem a-
quæ illæ, quæ totum texerant spatium vs-
que ad cælum, in locum illum: quia spissio-
res factas terra in concauas sui partes rece-

pit. Ex eaque prima congregatione, velut principio, multifidi aquarum sinus emanarunt, qui congregationes aquarum deinde nuncupati sunt.

C A P. Tertium. *Quarta die facta sunt luminaria.*

A. d.

Dixit Deus, Fiant luminaria in firmamento caeli, & diuidant diem & noctem. Nam secunda die firmamentum desuper expansum est. 3. verò aquarum molibus intra receptacula sua collectis, terra est reuelata, atque aer serenus factus. Quarta autem die ornatum est firmamentum Sole & Luna & stellis.

C A P. 4. *Conuenienter. 4. die ornatur firmamentum luminaribus.*

Quia ergo caelum cæteris elementis speciem præstat, prius aliis factum est. ideo ante alia ornatur in quarto die quo fiunt sydera: quæ ideo facta sunt, vt per ea illustraretur inferior pars, ne esset habitantibus tenebrosa.

Quis sensus, Et sint in signa, & tempora, & dies, & annos.

Per tempora quæ fiunt per sydera, non *Aug.* spatia morarum (cum prius triduum sine *lib. 2.* mora & tempore non fuerit:) sed vicissitudinem aereæ qualitatis debemus accipere. *ad* *lt. c. 14* re: quia talia motibus fiunt syderum, quem- *to. 1.* admodum dies & anni, quos vsitatè nouimus.

Sunt enim in signa serenitatis & tēpestatis, & in tēpora: quia, per ea distinguim⁹ quatuor tēpora anni. s. ver, æstatem, autūnum, hyyemem. Vel sunt in signa & tempora, id est distinctionem horarum: quia priusquā fierent, ordo temporum nullis notabatur inditiis, vel meridiana hora, vel quęlibet hora.

DE OPERE QUINTAE
Diei & sextæ.

DISTINCT. Decimæquintæ
CAP. Primum.

*Quinta die Volatilia & Natatilia ex
aquis producta sunt.*

*De produ-
ctione rerū
mixtarū et
sensibiliū.* **D**ixit etiam Deus, Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile super terram. & c. Iis duobus, auibus scilicet & piscibus, duo elementa ornantur: & de eadē materia, id est aquis, pisces & aues creauit, volatilia leuans in aera, & natatilia remittens gurgiti.

*a
d.* CAP. Secundum. *Sexta die creata sunt animalia & reptilia terræ.*

Dixit Deus, Producat terra animam viuentem, iumenta, & reptilia, & bestias terræ, secundum species suas, & c. Sextæ diei opus describitur, cum terra suis animalibus ornari dicitur.